



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Matthaei Tympii Aureum Specvlvm Principvm,
Consiliariorvm Iudicvm, Consvlvm, Senatorvm, Et Aliorvm
Magistratvum Cvm Ecclesiasticorum tum Politicorum
omnium**

Tympe, Matthäus

Coloniae Agrippinae, 1617

62 Prudentia oculus fortitudo manus est Magistratum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52641)

nequam decretum promulgatur, à vobis scire
 pio, quid rusticanis respondere debeam, si di-
 erint, vt ciuitas ciuium, ita rus rusticorum esse
 bere, & aliud à me decretum petierint, vt sicut
 officis in ciuitate domum habere non licet, ita
 vrbibus ruri prædium vllum possidere non liceat.
 his obmutescens, egregium hoc decretum
 vrbis abrogatum fuit, quam promulgatum. (Al-
 ter altero carere non potest. Horat. *Odi profa-*
rum vulgus, & arceo.)

SIGNVM LXII.

PRUDENTER PROSPICERE PERA- Prudentia
 uida, & vitanda. Item prudenter presentia ordi- oculis, for-
 nare, considerando, quid in præteritis bene, vel titudo ma-
 male successerit; laudatum, vel reprehen- natus est Ma-
 sum sit; & futura prospicere, dum gistratum
 nauis est in tuto, (vt ait Terent.
 in *Adelphis*.)

Ap. 6. Melior est sapientia, quam vires; & vir
 prudens, quam fortis. Syr. 10. Rex insipiens per-
 dit populum suum: & ciuitates inhabitabuntur
 sensum prudentium. Horat. Oda 3. *Vis consilij*
superis mole ruit sua: nec est diuturna possessio, in
quam gladio inducimur, ait Curtius lib. 3. & Isocr.
Demonic. Eurip. Mens vna sapiens multorum
uertit manus. Liu. 11. Hist. Multa natura impedita,
consilio expediuntur. Nullum animal maiori ar-
tractandum homine. Seneca 1. de Clem. Quare,
in Saturnus summus Planetarum tardissime cir-
cumagitur: sic Magistratus omnia maturè & cir-
cumspicte agere debet. Vitabit extrema: vt non
vel præceps, vel lentus; sed maturus, & mo-
deratus.

Quod

Quod prudentis opus? non velle, & posse nocere.

Quod stulti proprium? non posse, & velle nocere.

Huc pertinent & hae proprietates. i. Prudenter potentioribus ad tempus cedere, vt & multitudinis ne à tugurijs pauperum flamma seditionis marces prorumpat ciuitatis, eandemque, quasi fulmine accensam, penitus consumat. Turba enim offensa, in turbinem ac procellam incitatur, seu turba mota fit turbo. Cum Philippus Rex à multis hostibus opprimeretur, cum potentioribus pacem iniit, cum inferioribus bellum gessit. Prudenter in electione ministrorum aduertere, vt negotijs susceptis sint pares: Superiores enim negotium negligunt, inferiores oneri succumbunt. Prudenter occasiones res opportunas gerendi opportunè amplecti. Philippus ex discordia, quae erant inter Græcos sumpsit occasionem eos aggrediendi.

SIGNVM LXIII.

PRVDENTER CONSIDERARE DI-
uersa hominum ingenia vt rectius egantur, &
maximè vulgi naturam attendere.

Summa sapientia est scire, quo genere ciborum
singula volucres delectentur. Gagan. Est autem
vulgus incertus & instabilis, affectus ponens, &
sumens: (Cic. pro Murena, & Tacit. lib. i. Hist.) in-
dicio carens: (Ibid.) non delectu ad agendum
tutus, sed impetu & temeritate: (Cic. pro Plana-
carens consilio, discrimine, diligentia: (Ibid.) ex
opinionem multa, ex veritate pauca iudicant: (Cic.
pro Roscio) natus plurium opinionem sequi: (Sal-
lust. ad Casar. & Seneca lib. i. de Vita beata) alie-
na inuidens felicitati, vacuus curis: (Tacit. lib. i.
Hist.)